

www.e-rara.ch

Fortunii Liceti Genuensis... De mundi & hominis analogia

Liceti, Fortunio

Utini [Udine], 1635

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7369>

[Cap. XXI. - XXX.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ter Hominem, & Mundum intercedit analogia; quum
vterque Veteribus eadem figura serpentis denotari
consueuerit.

*Summa Mundi, & Hominis analogia depromitur
ex eo, quod vterque sit ludus Dei. Cap. XXI.*



Hominem Dei ludo fictum esse, adeoque
Dei ludum quemdam esse professus est
non vno in loco Plato a Academicorum
philosophorū coryphæus: in primis enim
ait, Sic autem de his cogitemus, ut miraculum
quoddam diuinum in animantium genere vnum-
quemque nostrum existimemus, siue ioco, siue serio (non enim id no-
nimus) a superis constitutum. Deinde vero b posteri-
us inquit, Hominem vero, sicut etiam supra diximus, Dei ludo esse fictum; at-
que id vere ipsius optimum esse. Ita igitur affectos homines conse-
quenter & mares & feminas versari in ludis quam pulcherrimis
oportere. Quam sententiam collaudat Ficinus asserens,
c Mitto in presentia Platonium illud, Homo iocus est ludusque Deo-
rum; id enim ubi res exigit, exponemus. Exponit autem ali-
bi d dicens, Quod autem addit, hominem a Dijs fuisse vel ludo, vel
studio quodam effectum, sic intellige; ludo quidem factum esse, si ani-
ma semper a celestibus ad terrena, atque vicissim quasi ludendo trans-
migrans, nunquam immutabili apud Deum sede quiescat: factum ve-
ro studio, si modo penes effectores Deos, effectorem Deum animus
quandoque sit immutabiliter permansurus. Viram vero disunctio-
nis huius partem eligere debeamus, affirmare hic Plato non audet.
& adhuc infra e subdit, At cur non dicit cetera quoque ani-
ma ludos esse Deorum? quoniam nec adeo Dijs familiaria sunt, ut
cum his illi ludant; nec comparantur ad Deos, utpote que seipsa Deo
non comparant, neque diuina aliquando metiuntur, unde cogantur de
illis sicuti nos metiri; Et profecto si Dei ridere sit, humanum rideat
ludum

1. de leg.
gib.

7. de leg.
gib.

in arg. in
Cratyl.

in arg. ad
1. de legib.

in arg. 7.
de legib.

ludum conantem immensa metiri. Ac certe Deus hominem talia conantem, ac multo maiora, nempe se immenso
 f Genes. 3. æqualem facere, videtur olim risisse; dum ait, f *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum:* ironice siquidem his Deus Hominem alloquitur, vt ait Lyranus, velut eum deridens; Hoc enim fere interpretes censent dictum esse a Deo per ironiam, vt intelligeretur quanta irrisione & ludibrio dignus sit homo peccator: vnde g alibi dicit Deus peccatoribus, Ego autem in interitu vestro ridebo, & subsannabo vos. Rupertus Abbas hanc eandem sententiam habet, b asserens, Ergo non vere, sed ironice dictum, aut dicendum est, quia hic talis, quasi vnus ex nobis factus est, & cum tali ironia irridendus est; videlicet quia stulte & superbe fallacissimo diabolo credit dicenti, & eritis sicut Dij: ecce quomodo sicut Deus, vel quasi vnus ex nobis factus est; quomodo sciens bonum & malum factus est. At eruditus doctusque i Caimus opinatur ideo Platoni dictum esse hominem esse ludum ludicrumque Dei, quia quum ludus imperfecta quædam imitatio sit, ac veluti simulacrū alterius rei seriæ; sic intellectus humanus, adeoque homo ipse quædam est imago, & vtcumque Dei simulacrum. Phauorinus k existimat ex l Eugubino Steucho Platonis dictum hunc habere sensum, quod in Deū & res diuinas omne studium conferendum sit; dignum enim eum esse, in quo colendo omnibus conatibus & studijs vtamur; hominem autem esse Deo longe inferiorem, vt qui sit ab eo veluti res iocularis effecta, vt quasi luderet quum machinatus est eum; veluti si pictor, aut statuarius aliquod opus effingeret: Græce enim παίζειν, ludere, videtur esse etiam creare, gignere; vnde παῖδες, filij, proles, dicti pignora Latinis: sic fuit homo quasi filius, & proles Dei; sed μηχανήν voc, machinatus, fabricatus, factus: idque ait Plato fuisse omnium, quæ
 Deus

g Prou. c. 1.

b lib. 3.
com. in
Gen. c. 28.i 1. de hum.
ingen. c. 20k de hom.
exc. par. 1.
c. 15.
l 9. de pe-
ren. phil.
cap. 6.

De Mundi, & Hominis Analogia. III

Deus facere posset, optimum, ac præcipuum. Sic igitur homo tot nominibus dicitur esse Dei ludus. Cæterum ipsdem & Mundum dici Dei ludum, non difficile probatu fuerit; in primis enim Mundum esse Dei ludum aperte contestari videtur sacra pagina, in qua ^m legimus ^m Prou. c. 8. apud Salomonem Diuinam sapientiam, adeoque Deum Mundi conditorem ita loquentem, *Dominus possedit me in initio viarum suarum; antequam quicquam faceret a principio; ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret: nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: nec dum fontes aquarum eruperant; nec dum montes graui mole constiterant: ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina & cardines orbis terre. Quando præparabat calos, & æram; quando certa lege & gyro vallabat abyssos: Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terre, cum eo eram cuncta componens: ecce perspicuis verbis agitur hic de Deo in actu creationis Mundi; & introducitur Filius sub persona Diuinæ sapientiæ, qui cum Patre creatore dicitur cooperari; nam operationes ad extra sunt communes omnibus personis Diuinis: sed in tali creatione Deum lusisse, quia scilicet vniuersam sui omnipotētiam non exhausit; nam & maiorem, & plures mundos, & fortasse perfectiores Deus condere potuit; statim admonet Salomon sub persona Diuinæ sapientiæ subdens immediate, *Et delectabar per singulos dies ludens coram eo in orbe terrarum* nempe per singulos sex dies creationis Mundi, delectabar communicans meam bonitatem rebus creatis, ludens coram Patre creatore in orbe terrarum condendo; cuius creatio fuit nostræ infinitæ potentiæ veluti lusus ac iocus quidam: quam delectationem, ac lulum habuisse pariter innuit dum tribuit esse homini, hominemque creauit, statim sub-*

subiungens, *Et deliciae meae esse cum filiis hominum*: dum enim creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam, delectatus est Deus suum & hoc fecisse simulacrum. Si homo dicitur lusus, ac iocus Dei, quia sit quaedam Diuinae naturae similitudo; pariter & Mundus, quem ⁿ supra nouimus esse Dei quoddam simulacrum, dicendus erit ludus & iocus Dei. Consimiliter si homo Dei ludus est, quia ut ait Ficinus, anima nostra semper a caelestibus in ortu nostro ad terrena, & in obitu a terrenis ad caelestia transmigrat; sique humanus animus a Deo in corpora demittitur descendens, ut aiunt Platonici, & a corpore ad Deum regreditur ascendens, veluti pila quaedam luforia ab vno proiecta, & ab aduersario colludente in primum projectorem reiecta, circulari quadam ludi reflexione; sic & Mundus vniuersus a Deo motore continenter mouetur ab ortu in occasum, & ab occasu in ortum, perpetuis fere vicibus: & mundus terrenus tale quid sustinet. ^o Glossographi monitu; qui haec verba, *ludens in orbe terrarum*, ita glossat, *idest, ludum faciens de orbe terrarum*; qui similis est ludo pila, quae de vno transfertur in alium secundum quamdam reuolutionem; quia regna terrae transfert atque constituit de gente in gentem. Sic ergo mira conspicitur inter Mundum, & Hominem analogia, quod vterque dicitur eadem ratione Dei ludus.

n cap. 14.

o postil. in
Prou. 6. 8.

Mundus, & Homo similiter dicitur Dei templum. Cap. XXII.



Vniuersum hoc sensibile, quod Mundum appellamus, esse magnum quoddam summi Dei templum, in quo semper ab omnibus creaturis Deus colitur, & ineffabili quodam modo perenni laudibus celebratur, præclarissima leguntur

tur apud celebres autores testimonia; Pierij *a* namque *a* lib. 49.
 relatu, Mundo veteres adem posuerunt rotundam; hierog.
 Mundumque eam appellauere, ab eo Mundo (inquit
 Cato in commentarijs Iuris ciuilibus, quæ Festus citat) qui
 supra, & infra nos est: eius inferiorem partem veluti
 Dis manibus consecratam, clausam omni tempore cu-
 stodiebant. Apud *b* Macrobiū, & *c* Ciceronem, *b* lib. in
 Deus est, cuius hoc templum est omne quod conspici-
 tur oculis, adeoque Mundus hic sensibilis vniuersus: &
 paullo post *d* Macrobius repetit, Terram esse globum
 medium in hoc Deo templo, quod Vniuersum appella-
 mus. Eugubinus ille Steuchus, qui perennem Philoso-
 phiam coluit, *e* & ante illum *f* Plutarchus inquit, *e* lib. 6. c. 6.
 enim sanctissimum templum ac diuinissimum hic Mundus; in hunc in-
 ducitur homo quum nascitur, non manufactorum & immobilium spe-
 ctator futurus simulacrorum, sed earum, quas mens Diuina sensiles
 mente sola cernendorum effigies, in se insitam vitæ motusque habent-
 es facultatem fabricata est. & cetera, quæ Steuchus ita de-
 clarat, Ecce igitur Deus, Solis, Lunæ, totius celestis ordinis autor:
 & quoniam *a* sanctissimo repertus & compositus opifice Mundus est,
 & plenus diuinæ pulchritudinis, supremæque venustatis, nihil ine-
 ptum, in compositæ vagans, nihil exorbitans, & errans continet: ecce
 Mundus templum sanctissimum, sacerrimum, almalux, lux sacra
 diei: ecce quoque rerum tantarum inductus homo contemplator, ut
 calum suspiceret, opera magni Dei diligenter attenderet, inde coleret,
 suspiceret, manibus ad calum tensis exclamaret, O rerum creator
 optime, dignus quem ob infinitam sapientiam, benignitatemque im-
 mensam veneremur. Seneca pariter *g* in hanc sententiam *g* 7. de be-
 scribit, Sed & totum Mundum Deorum esse immortalium templum, *g* nef. cap. 7.
 solum quidem amplitudine illorum ac magnificentia dignum. Huic
 adstipulatur Cælius, qui ex ipso dicit, *h* Ingens Dei tem-
 plum Mundum vocari. Ficinus item apud *i* Plotinum agit *h* 1. lect.
 ex Platoniorum sententia de mundano templo, cuius *i* ant. cap. 1.
 en. 2. lib.
 9. cap. 8.

k 6. deling.
lat fragm.
lib. 1. c. 10

entia præstantiam venerentur ceu viua Dei statu. Marcus k. Varro, Rhodigini l obseruatu, Quocirca, inquit, Celum qua tuimur, dictum templum: sic, Contremuit templum magnum Iouis altitonantis, id est, ut ait Neni in hemisphærio, ubi terra cæculo septum stat: eius templi partes quattuor dicuntur; sinistra ab Oriente, dextra ab Occidente, antica ad Meridiem, postica ad Septentrionem. In terra dictum templum locus auguri. Vere igitur Mundus est Dei templum: ac sane videtur maximam habere similitudinem cum antiquissimo illo templo Salomonis: nam vt illud templum Hebræorum m vnicum fuit; & Mundus vnicus est n Aristoteli: Templum Salomonis ædificatum est sine o strepitu mallei, aut securis; & Mundus solo verbo Dei p conditus est. Templum Salomonis anno q septimo completum est; & Mundi constructio completa fuit a Deo die r septima, in qua quieuisse dicitur ab omni opere quod patrarat. Oraculum & Altare Salomon posuit in s medio templi interioris: modo in medio Mundi intimum est elementum terræ, in quo sunt homines Deum orantes: Altare vero in templo Salomonis erat de terra, lapidibus non sectis, & lignis: terra, quam terimus in Mundo lapidibus non sectis vbique scatet, ac lignis. In medio templi pariter circa Altare posuit duo Cherubin habentes alas, quæ tangebant parietem templi, & ala vnus altera tangebant alam alterius: ita in Mundo circa terram sunt duo elementa leuia ignis & aer; quumque ignis calore tangat aerem itidem calidum, vterque a perspicuitate tangit cælestia corpora, quæ sunt veluti parietes templi mundani: & sicut in templo Salomonis nihil erat quod non y auto tegeretur: sic in Mundo sensibili nullum corpus est quod a z lumine Solis non deauretur. Si que Salomon omnes parietes templi per circuitum sculpsit varijs a calaturis, & torno: cælestia corpora veluti scul-

m Tyr. in
Matth. c. 6.
n 1. cæl. 1.
76. & seqq.
o 3. Reg. c. 6
p Gen. 1.
q 3. Reg. c. 6
r Gen. c. 2.

f 3. Reg. 6.

t 3. Reg. c. 6

u 2. de gen.
t. 16. & sequentib.
x 2. de an.
168.

y 1. Reg. c. 6
z Eie. lib.
de lumin.
cap. 9.
a 3. Reg. 6.

scul
tis,
cta
circa
& e
Diu
min
cit
Mun
tans
est c
mini
dit
plan
Plan
sunt
Dei
nibu
tem
ad g
tus D
sserd
Orig
Dei
Temp
ad si
tion
corp
nem
bus
mo
num
sed

sculpta videntur varijs *b* imaginibus asterismorum Arie- *b* Prolem.
tis, Tauri, Leonis, Virginis, & alijs, quæ torno veluti fa- *Procl. &*
cta suspiciuntur. Sique templum Salomonis habebat *Astron.*
circa se tria atria tribus ordinibus lapidum politorum; *ez. Reg. c. 6*
& extra Mundum in empyreo tres ordines ponuntur;
Diuiinarum personarum, Angelorum, & Sanctorum ho-
minum. Sique in templo Salomonis prope Altare fe-
cit Salomon mare fusile rotundum per circuitum; & in
Mundo circa terram positum est in circuitu mare flui-
tans. Sique in medio templi prope Altare positum
est candelabrum aureum a Moyse confectum iussu Do-
mini de septem lucernarum; & in Mundo pariter accen-
dit Deus conditum a se candelabrum aureum septem
planetarum fulgentium *f* prope terram; ob id enim
Planetae non scintillant Aristoteli; quia prope terram
sunt inter alia sidera. Sic igitur Mundus mysticum est
Dei templum: sed & hoc attributum ijsdem fere nomi-
nibus homini congruit; & quidem Hominem esse Dei
templum, late patet e sacra pagina; quoniam Apostolus
ad *g* Corinthios ait, *Nescitis quia templum Dei estis, & spiri-* *g* *1. ep. c. 3.*
tus Dei habitat in vobis? si quis autem templum Dei violauerit, di-
spendet illum Deus: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.
Origenes etiam *b* infit: *Omnis homo, qui suscipiens est Verbum* *h* *in Matth.*
Dei templum est. Et Glossographus *i* Machabæorum ait, *24. gloss.*
Templum Domini est quilibet fidelis; & hoc templum debet dedicari *i* *lib. 2. c. 1.*
ad similitudinem templi materialis, &c. Nec solum homo ra-
tione animæ dicitur Dei templum, sed etiam ratione
corporis; quo nomine Christus Dominus apud D. Ioan-
nem *k* dicebat Iudæis, *Soluite templum hoc, & in tribus die-* *k* *cap. 2.*
bus excitabo illud; ille autem dicebat de templo corporis sui. Ho-
mo vnicus est specie, vt Mundus *l* vnicus & specie, & *l* *12. meta.*
numero, & *** vnicum fuit templum Salomonis specie, *** *t. 49.*
sed numero multiplex; nam destructum a Nabuchodo- *cap. 6. 7.*

nosor Rege Babylonis, reedificatum fuit a Zorobabel. Templum Salomonis ædificatum est absque strepitu malleorum; & Homo tum in supernaturali sui creatione a Deo, tum in naturali sui generatione in utero matris producitur sine sonitu, in alto caussarum agentium silentio: si templum Salomonis in secunda ædificatione quadraginta sex annos habuit edificiij; humanum corpus in sui naturali generatione quadraginta sex dies habet organizationis absolutæ, nimirum in septimo septenario dierum; ut innuit Hippocrates: cui si primo septenario dierum conceptus absolvitur, ut & Aristoteli; Moyse q homo creatus est a Deo primo dierum septenario, & templum a Salomone anno septimo completum esse dicitur. Si oraculum, & Altare fuit in medio templi, & in homine venter medius est pectus, in quo cor est Altare, ubi perennis ignis caloris naturalis ardet. Si iuxta Altare Salomonis in medio templi sunt duo Cherubin alati; & iuxta cor in medio pectore duo pulmones assidue cor ventilantes, & alas habentes, quibus tangunt parietes pectoris, & alas adinvicem. Nisi dicamus hos duos Cherubin esse duas facultates animæ rationalis, intellectum agentem, & possibilem, Cherubin enim sunt mentes proprietate intellectrices. Si templi Salomonis omnia coruscabant auro, & omnes corporis particule spiritibus irradiantur. Si templi Altare iuxta se in circuitu vas aquæ habebat, quod mare fuisse ab Hebraeis dicebatur: & Altare cordis inclusum est in pericardio, quod vas aquam continet naturaliter; ut omnes norunt Anatomiæ. Sique in templo candelabrum est septem lucernas in se continens; & in homine sensitiuum principium continetur, quod quinque sensus exteriores obtinet, & duos interiores, phantasiam nimirum, & sensum communem; qui veluti lucer-

m Glossin
1. Machab.
c. 4.
Gloss. 1.
Esdr. cap. 6
de princip.
o ibid.
p 7. hist. c. 3.
2. de gen.
an. c. 3.
q Gen. c. 2.
Gloss.
Matth. c. 5.

/Galen. in
m. c. 13.
Arist. 2. de
gen. an. c. 3.
1. Lat. A.
nachist. l.
c. 9.

næ
cium
tria
tem
min
era
sup
lium
gine
por
fus

In



com
do sum
ita se
rnum
no li
aut p
quod
(tal
pariso
f. n.
mus t
stotel

næ

nae quaedam homini res cunctas sensibiles manifestas faciunt. Sique templum extra se circum habebat atria tria; & homo circa se habet immediate tria elementa, terram, aquam, & aerem; nam ignis procul abest ab homine sursum prope caelum. Si denique templi parietes erant varijs cælaturis exornati; & in humani corporis superficie contuentur ^a Physiognomi variorum animalium, quin & asterismorum figuras, atque plâtarum imagines. Ita ergo maxima est hominis cum Mundo proportio, quod vterque quodammodo, immo vero prorsus eodem modo est Dei templum. ^aPort. Physogn.

In Mundo, & Homine spectatur mystica Domus.
Cap. XXXIII.



Vum templum sit Domus Dei, vt constat e a sacra pagina; Mundus, & Homo, quibus consimiliter competit ratio templi, ac domus Dei, pari ratione similitudinem habent cum humana domo. <sup>a3. Reg. c. 6
Marc. c. 11.
Matt. c. 21.
Luc. c. 19.</sup>

Profecto Mundus ab Aristotele domui comparatur his notis, ^b Cuncta autem coordinata quodammodo sunt, verum non similiter & natantia, & volatilia, & plantæ; nec ita se habent, vt sit vllum alteri ad alterum; sed sunt ad quippiam: ad vnum namque coordinata sunt omnia: Verum quemadmodum in domo liberis quidem minime libet quodcumque facere; sed ea omnia, aut plurima, quæ ordinata sunt: mancipijs vero, & bestijs parum, quod ad commune conferat; sed vt plurimum quodcumque contingit (ta'e namque principium cuiusque eorum natura est) ^c Dico autem ^c 1. 53. pariformiter, quod necesse est omnia in discrimen venire; & alia ita sunt, quibus omnia communicant ad vniuersum. Scilicet vt domus tota in duobus constituta est, quæ dicuntur ^d Aristoteli Homo, & possessio; ita si Hominis nomine tria ^{cap. 1.}

e M. A. Flā.
12. meta.

intelliguntur, Pater, & Materfamilias, & Liberi; nomine possessionis totidem significantur, serui, bruta, & agri: Porro in Mundo Paterfamilias est Deus, Materfamilias Natura cælestis; liberi sunt homines: seruos æmulantur animantes irrationales domesticæ, brutorum nomine feras intelligimus; ager sit subcælestis regio tota: & sane locum hunc Aristotelis apte Commentator, & ex eo e Flamminius explicat, inquit, *Quamquam n. illud est genus rerum, quod ad ordinem & aptam Vniuersi congmentationem non conferat aliquid, haquaquam tamen ob eam causam existimandum est, vnā esse cunctorum rationem, eandemque fortunam: Vt enim in domo recte constituta homines liberi educantur ad laudem & virtutem, docenturque iudicio & ratione cuncta administrare, & omnes in primis actiones ad decus, atque emolumentum societatis domesticæ dirigere: serui autem neque litteris ullis imbuti, neque moribus ingenuis expoliti, maximamque vitæ partem in operibus sordidis occupati non ita multum utilitatis in medium conferre valent; multa que potius per ignorantiam, & libidinem animi temere committunt, quæ rectam administrandæ domus rationem perturbare videantur: Haud aliter profecto fit in hac amplissima familia Naturæ, quæ domicilio Mundi magnificentissimo continetur: quæ enim supra quartam regionem habitant, nihil non recte, non ordine, non sapienter gerunt; nihil denique quod ad salutem & pulchritudinem Vniuersi non mirabiliter conducit: ast infra Lunam fortuna & casus magnum imperium habet; & natura materia mutabilis non morborum tantum, & mortalitatis est effectrix; sed etiam perturbationem ordinis, atque inconstantiam rebus natiuis importat, ut multa fortuito & temere, nulla que ratione administrari necessitas cogat: Illud itaque in sum mandicendum videtur, naturas rerum esse illas quidem dissimiles, varietate distinctas; habere tamen quamdam inter se conuenientiam, nonnullaque cum omnibus esse communia; quippe quum omnia conspire cernantur ad structuram, & elegantem compositionem Vniuersi. Sic igitur Mundus cum domo præclaram habet analogiam,*

De Mundi, & Hominis Analogia. 119

giam, in quo Deus est Paterfamilias, herus, ac vnus Dominus; cælestia corpora sunt Materfamilias, quæ sobolem procreat, & custodit atque conseruat omnia domestica: proles sunt Homines; qui sunt a *f* cælo vtcumque & a *g* Deo producti, atque quodammodo *b* finis omnium rerum: serui, bruta, & ager sunt omnia in subcælesti regione contenta. Cæterum & Homo cum domo miram habet analogiam; si enim domus ex Homine, & possessione constituitur; Homo ex anima, & corpore coagmentatur: sique homo in domo triplex est, Pater, Mater, & proles; ita in homine anima triplicem habet partem, Platoni quidem intellectuicem, irascibilem, concupiscibilem; nam Pater in domo debet omnia præuidere, omnibusque prouidere, adeoque mirifica vi intelligendi pollere: Mater, vt femina, iracundiæ satis obnoxia est; pueri viuunt cupiditatibus acti: Aristoteli verò tum rationalis, sensualis, & vegetalis; inter quas rationalis Patrem familias virum prudentem denotat, sensualis mulierem designat; vegetalis, cuius est generare, prolem significat: tum intellectus, voluntas, & operationes; actiones enim veluti filij gignuntur a voluntate illustrata ab intellectu: Pariter in humano corpore possessio triplex est, membra præcipua nuncupata, quæ deferuiunt animæ velut organa, cerebrum, cor, hepar, & testes: membra, quæ a principalibus gubernantur, & aguntur, vt a mancipijs boues, canes, & alia bruta domestica; qualia sunt manus, pedes, & reliqua sensoria: ac demum membra agro proportionata, vt ventriculus alimentum præbens vniuersæ familiæ membrorum; quæ omnia mirifice conspirant in constitutionem, ac integritatem totius Hominis, vt innuit Hippocrates effato nobili, & de alim. Confusus vnus, conspiratio vna, & consentientia omnis. Sic igitur Homini cum Mundo ea intercedit analogia quod

f 2. phys.

t. 26.

g 2. de gen.

an. cap. 3.

h 2. phys.

t. 24.

i Gal. art.

me l. c. 9.

Auic. l. 3.

20. tr. 2.

cap. 1.

k de alim.

quod vterque domus est apta sibi proportionem re-
spondens.

*Mundo similiter, & Homini competit Ciuitatis,
ac Reipublicæ mysticum simulacrum.*

Cap. XXIV.



Emplum, & domus est pars necessaria Ci-
uitatis, ac Reipublicæ; quare qui Mun-
dum, & Hominem in eo conuenire noui-
mus, quod vterque templum est, & do-
mus; profecto vtriusque proportionem
adhuc maiorem probabimus, vbi demon-
strauerimus vtrumque habere rationem Ciuitatis, &
Reipublicæ. Porro M. illi Tullio Romanæ eloquentiæ
parenti, *a* Vniuersus hic Mundus vna ciuitas communis Deorum
atque hominum existimanda est. Aristoteles ante Cicero-
nem idem placitum confirmauit inquit, *b* Tamen si ex-
titerunt, qui se se admirari addubitabundi dicerent, qui fieri tan-
dem posset, si e contrarijs principijs Mundus constitit (siccis dico, hu-
midis, frigidis, & calidis) ut iamdiu non dissolutus fuerit, atque in-
terierit: Perinde quasi mirari quisquam debeat, quonam pacto Cui-
tas incolumis perduret, quæ e gentibus contrarijs composita sit, egenis
inquam & diuitibus, iuuenibus & senio confectis, infirmis & valen-
tibus, prauis atque innocentibus: Ignorantia est ista utique hominum,
hoc est concordia ciuili non videntium longe admirabilissimum, quod
ex multis ipsa vnum efficit affectum, & e dissimilibus similem; omnis
enim illa quidem naturæ susceptrix & fortuna. Ac non multo
post in eandem sententiam repetit Aristoteles, *c* Vt ve-
ro summam iam loquamur, quod in navi gubernator est, quod in cur-
ru agitator, quod in choro præcentor, quod denique lex in ciuitate, &
Dux in exercitu, hoc Deus est in mundo: Nisi si hæcenus interest, quod
labor & motus multiplex illos exercet, & cura angunt variæ; quum
huic

a lib. de
legib.

b lib. de
mund. c. 6.

c cap. 7.

huic elaborata succedant omnia, omnis molestia expertia, citraque corporis infirmitatem; quippe cui in loco stabili immotoque collocato omnia mouere, & circum agere pro arbitratu liceat, quolibitum est, quumque & quomodo libitum est: idque diuersis in formis simul atque naturis. Id autem ratione simili facit ille atque lex ciuilis; quae immobilis ipsa existens in utentium animis, regit omnia ad Rempubli- cam pertinentia; & ciues quidem quasi eius affecla in medium prodeunt; qui autem Principes vocantur, ad Praetorium se conferunt; legistatores ad propria tribunalia, Senatores denique & qui concionatores dicuntur, ad confessus sibi contributos conueniunt: Rursus in Prytaneum it, cui scilicet id datum est, in eo ut publico victu epuletur; alter rapitur ad iudicium, causam ut ibi dicat: in carcerem alius compingitur, ut supplicio afficiatur illic: Tum vero epulones in ciuitate celebres ad epulas legitimasque conueniunt: Iam vero aguntur dies festi, iam ludiera solemnia; iam anniuersaria sacrificia fiunt. Diuis, Heroesque ritu suo coluntur; postremo inferiae mortuis inferuntur: sic alia ab alijs facta vno vel imperio, vel legis vna auctoritate, asseruant eum, qui obtemperat.

Sic vrbs simul plena est vaporibus sacris,

Resonatque cantibus pijs, ac luctibus.

Hoc idem de Vrbe quoque maiore, & de hoc inquam Mundo existimare debemus: Deus enim nobis lex est, in omnem illa quidem partem ad æquilibrium vergens, nullam correctionem admittens, nullam varietatem; quippe quae potior sit illis legibus, & stabilior, quae in tabulis praescripta sunt: eius enim auspicijs perenniter, & composite praerentis, Vniuersus hic caeli ordo regitur atque administratur, numeros omnes concinnitatis habens; in omnes ipse naturas partitus pro vniuersitate seminum, in ea quae haerent solo, atque in animantia, quae etiam suis ipsa generibus formisque distincta sunt: nam & vites fiunt, & palmae, & persee, ficique dulces, & oliuae (ut inquit Poeta:) Tum quae fructus expertes, alios vsus praestant, platani, pinus, buxi, alni, populus etiam nigra, & cupressus odorata: tum quae autumnitempore fructum suum fundunt, sed conditu difficilem, pyri, punice mali:

mali: at vero animantium alia fera sunt, alie cicures: tum in aere, tum humi, tum in aqua victitantes: oriunturque, & inualescunt, & deinde intereunt, legibus obtemperantes Diuinis, atque cedentes: omne enim reptile (ut inquit Heraclitus) terram depascitur, atque possidet. Vnus porro Deus quum sit, pluribus nominibus appellatus est; ab ijs utique suis omnibus effectibus denominatus, quorum specimen edere ipse solet. Sed & alio in loco clare Philosophus

d 12. meta.
1.56.

Vniuersum ciuitati comparat, dum ait, d Qui vero dicunt Mathematicum numerum primum, & ita semper aliam attiguam substantiam, ac alia cuiusque principia, in conspirantem Vniuersi substantiam faciunt (nihil enim altera alteri confert, siue sit, siue non sit) & principia multa: at entia nolunt male gubernari: non est bonum pluralitas principatum; vnus ergo princeps: vnus enim princeps bene gubernat non nisi ciuitatem: sic ergo Mundus ab Aristotele ciuitati cuidam similis esse dicitur.

* 2. lect.
ant. cap. 11.

Coelius* etiam ex Seneca scribit, Mundum esse Rempublicam sapientis. Caterum & sacra pagina Mundum ciuitatis nomine donauit, & Vrbi consimilem esse constituit, dum ait, e De Iacob erit, qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. & in noua lege, dum inquit, f & adhasit vnicuiusque regionis illius. Quæ loca Glossographus in Biblijs inter-

i Num. c.
24.
f l. c. c. 15.

g Num.
24.

pretatus g ait, Ciuitatem hunc Mundum intelligamus, sicut in Euangelio de luxurioso filio dicitur, qui dissipauit substantiam patris: Accessit, inquit, ad quemdam primarium ciuitatis in regione illa, a quo receptus in agrum mittitur porcos pascere: Hæc ergo ciuitas, cuius ille primarius erat, mundus est: igitur de hac ciuitate liberatum, id est, quem de hoc Mundo Christus liberat, perdit eum dicens,

h Matth.
c. 10.

h Qui perdit animam suam propter me, saluam faciet eam: salubriter ergo Iesus perdit, quem de hoc Mundo eruit: si volumus ergo ad salutem venire, & de Mundo liberari, perdamus animas nostras perditione necessaria, & utili. Quin & ad illum Psalmi versiculum,

i Psal. 30.

i Benedictus Dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita; Glossa interlinearis pro ciuitate

mu-

munita totum orbem terrarum interpretatur. Præterea Salomon in Prouerbijs asserens, *h Cuiusmodi fortium ascen-* k cap. 21.
dis sapiens, destruxitque robur fiducia eius. Glossographus ciuitatis nomine intelligit Mundum, qui quondam malignorum spirituum tyrannidi seruiebat, habens fiduciam vitæ in cultu eorum, qui non sunt Dij, sed opera manuum hominum: hanc ciuitatem Dei virtus, & Dei sapientia Christus in carne intrauit, destruxitque per suos prædicatores. Et Naum Propheta nomine Niniue, cap. 2.
quæ est ciuitas magna, eidem Glossographo Mundum intellexit. Socrates etiam interrogatus cuius esset, dum se ciuem mundanum esse respondit, vt ait Ficinus, aptissime Mundum esse quamdam ciuitatem affirmauit. Qua quidem in re summam cum Mundo cognationem Homini intercedere priscus ille nouit Menenius Agrippa, qui primus instituto de partium humani corporis contentione Dialogo, seu potius Apologo, Iosephum Licetum Patrem meum habuit imitatore in opusculo De nobilitate membrorum principalium Hominis; qui sane Menenius inter Patres, & Plebem publicæ gratiæ sequester fuit, vt ait Seneca in Consolatione ad Heluiam; nempe quod explicat Quintilianus in lib. 5. cap. 11.
exemplis, Menenius Agrippa Plebem cum Patribus in gratiam traditur traduxisse, nota illa de membris humanis aduersus ventrem discordantibus fabula, quam latius in sua o Geographia Volaterranus exarauit in lib. 13.
quiens, Agrippa plures: Primum legimus Menenium Agrippam cognomine Lanatum; qui dux electus aduersus Sabinos, de eis triumphauit; & quum Plebs a Patribus secessisset in Auentinum, quod tributum & militiam toleraret, nec reuocari posset, Agrippa apud eam orans, inquit, Humani artus quum ventrem otiosum viderent, ab eo discordarunt, & suum illi ministerium negauerunt: quum eo patio & ipsi quoque deficerent; intellexerunt ventrem cibos acceptos per omnia

nia membra diuidere: & cum eo in gratiam redierunt: Sic Senatus, & Populus, quasi vnum corpus discordia pereunt, concordia valent. Hac fabula conciliatus Populus: creauit tamen Tribunos plebis, ut libertatem suam aduersus nobilitatem defenderent. Menenius autem in tanta paupertate decessit, ut eum Populus collatis quadrantibus sepeliret, locum sepultura ut Senatus publice daret. Hanc historiam Episcopus Vulturariensis fusiis explicuit, & ante vtrumque Plutarchus. Maiolus quidem iniquiens in Colloquio de origine societatis humanae, p. Vix iam eluctata fuerat Romana Respublica ex periculo Regiae tyrannidis, quum eam bellis adhuc vicinis implicatam in discrimen duxit domi subito exardescens intestina plebis & patrum discordia; cuius causae praecipuae extiterunt immodica usura, quibus demersa magna pars multitudinis ad seruitutem rapiebatur: Mota igitur est anno 259. quo mortuus erat Tarquinius, tristes seditio; quae quidem isto momento popularibus remedijs fuit sanata: sed semina tamen reliquit; ex quibus sequente anno tantum exarsit incendium, ut plebs armata in sacrum Montem secederet, & oppressionem Patrum moliretur: Repressit autem illum tumultum secessionis Menenius Agrippa vir facundus; qui quum a Patribus ad seditiosam multitudinem esset legatus, prisco dicendi modo nihil aliud dixisse fertur, quam illud, Tempore, quo in homine, non ut nunc, omnia in vnum sentiebant, singulis membris suum cuique consilium & suus sermo fuit: reliquas partes sua cura labore & ministerio omnia quidem ventri quaerere: sed ventrem in medio quietis nihil aliud facere, quam datis voluptatibus frui. Conspirarunt inde ne manus ad os cibum ferrent, ne os acciperet datum, & ne dentes conficerent. Hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipsa etiam membra, & totum corpus vna in extremam tabem venit: ut inde apparuerit, ventris quoque non segne ministerium esse; nec magis aliquam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo viuimus, diuisum pariter in venas confecto cibo sanguinem. Comparando deinde quam intestina corporis seditio esset similis irae plebis in Patres; ita demulsi plebis animos, ut pacis condiciones admitteret.

Creati

pag. 125.
col. 1.

Cre
Mag
Pleb
taten
bens
Quun
ingen
popul
siquia
nibus
bant
confes
mam
ipsis
cessiss
enitun
fener
que d
tioque
sed in
Etum
disson
bant
senfer
nem d
tis ad
rent,
nec qu
hortat
Anien
iam du
que ad
mam h

De Mundi, & Hominis Analogia. 125

Creati tunc primum fuerunt Tribuni plebis; & decretum est ut is Magistratus esset sacrosanctus; cuius auxilium, sicuti res posceret, Plebs aduersus Consules implorare posset; ne cui Patrum eam dignitatem capere liceret. Plutarchus autem in Coriolano scribens paullo aliter, & explicatius in hanc sententiam, Quum iam nomen Marcij Coriolani esset in Vrbe, & opes ob virtutem ingentes, seditio inter Senatum, qui tuebatur opulentos exorta est, & populum, qui per quam se grauiter putabat opprimi a feneratoribus; siquidem mediocriter locupletes pignorationibus & auctioribus omnibus exuebant fortunis: Qui prorsus erant inopes, eos ipsos ducebant, & corpora tenebant nexa vulnerum cicatricibus oppleta & confecta, obitis pro patria expeditionibus, quarum subierant nonissimam contra Sabinos: quum ditissimi quique ostendissent se lenius cum ipsis acturos, & ex Senatus decreto sponsor Consul M. Valerius intercessisset; Ceterum quum in eo quoque praelio egregia opera militum enitisset, hostesque caesi essent, neque quicquam remitterent tamen feneratores, curia autem dissimularet promissorum meminisse, duci-que denuo ciues & pignora capi permitteret, tumultus vero inde seditioque occuparet fada ciuitatem, neque motus populi hostes fefellisset, sed inducto exercitu fines Romanos vastarent, habentibusque deletum iuuentutis Consulibus nemo responderet ad nomen: tunc iterum dissonae sententiae fuerunt Magistratum: Pars subueniendum censebant pauperibus, nimiumque rigorem laxandum iuris: Alij contra senserunt, inter quos erat Marcus; non pecunia iactura tantam rationem ducens, sed inirum hoc esse procacitatis & contumaciae insurgentis aduersus leges plebis: Id, si superent, ut opprimerent & extinguerent, hortatus est. Senatu his de rebus crebro paucis diebus habito, nec quicquam expediente, plebs repente conspirans, ac se se mutuo cohortata, excessit Vrbe, & in Montem, qui nunc Sacer appellatur, trans Anienem amnem secessit: Quietis sine ulla violentia, tantum Vrbe se iam dudum fremebant pulsos: aera, aquam, locum suppeditaturam ubique ad sepulturam Italiam, quibus nihilo amplius sint colentes Romanam habituri, quam ut pro diuitibus militantes vulneribus concidantur

danur & vitam profundant: Id timentes Patres, ex maioribus natus moderatissimum quemque & maxime popularem miserunt ad plebem: Princeps legationis fuit Menenius Agrippa: hic partim olsecrans, partim Senatum defendens, in extrema oratione ad figuram peruulgatam fabula delapsus est: nam omnes hominis partes coniurasse ait contra ventrem; questas solum ignaum in homine & immunem quiescere; omniaque illius quæri auaritati ingenti suo labore & ministerio: ventrem vero stultitiam earum derisisse ignorantium recipere quidem alimentum intra se omne, sed reddere id ex se & distribuere in alias. Eadem, inquit, ratio, Quirites, Patrum est vobiscum; nam recte atque ordine deliberata apud eos, consilia captaque omnibus vobis adferunt & dissipant utilitatem atque fructum. In concordiam deinde concessum est; postulaueruntque a Senatu & obtinuerunt, ut quinque viri crearentur, quibus auxilij latio esset; qui nunc Tribuni plebis vocantur. Primos creauerunt, quos seditionis autores habuerant. Sic igitur Agrippa posuit in humano corpore Reipublicæ Romanæ, ac ciuitatis imaginem. Sed & Iosephus Licetus Pater meus in suo dialogo, cui titulum fecit, de Nobilitate membrorum principalium hominis, demonstrat Hominem esse veluti ciuitatem quamdam atque Rempubicam, ab Anima, ceu a Principe gubernatam, cuius regia sedes sit cerebrum; quum cor sit sedes facultatis irascibilis, adeoque ciuitatis Arx, in qua militaris ordo residet: Hepar sit sedes facultatis concupiscibilis, quæ curatorum victus proportionem respondet; Magistratuique annonæ; ac testes denique sint sedes facultatis generatricis; quæ coniugatorum ordinem in ciuitate, ac Republica præsefert; cuius est iugi procreatione sobolis multitudini ciuium, ac perpetuitati ciuitatis, seu Reipublicæ consulere. Plato quinetiam in Homine Reipublicæ, ac ciuitatis imaginem animaduertit, inquit, q In hominis anima duo quedam sunt; vnum quidem melius, alterum vero deterius: & quando quod natura melius deteriori-

q dial. 4. de
Republ.

do-

dominatur, tunc aliquis seipso potentior dicitur, atque hoc sermone
laudatur: quoties autem propter improbam nutritionem, vel consue-
tudinem aliquam, quod est melius, quam minus ipsum sit, deterioris
multitudine superatur, hoc ex opprobrio quodam seipso imbecillius di-
citur, & qui ita affectus est intemperans appellatur. Sic apparet.
Contemplare hanc nuper a nobis conditam ciuitatem, inueniesque ipsi
alterum horum inesse: Potentio-rem quippe ipsam seipsa iure voca-
tam fateberis: nam si melius in ea peiori imperat, temperata dicenda
est, & seipsa melior. & mox addit, Nunc autem disceptationi hanc
finem iam imponamus, secundum quam existimauimus, si plurimum
habentium iustitiam in maiori prius eam contemplaremur, facile de-
inde in homine uno nos quale hoc sit inspecturos: visumque nobis est
maius ipsum, ciuitatem existere, atque ita quam optimam potuimus,
eam condidimus, scientes in bona Republica inesse iustitiam: Quare
quod in illa nobis apparuit, referamus ad unum; & si idem ibi con-
stet, satis nobis erit factum: si quid autem aliud in uno appareat, rur-
sus ad ciuitatem conuersi, hac examinabimus; ac forte alterna com-
paratione disceptantes, velut scintillas, ex his iustitiam excutiemus,
eamque iam quam clare micuerit, apud nos ipsos stabiliemus, &c.
ex quibus aperte constat Platonem ponere summam de mund.
analogiam inter hominem, & ciuitatem, siue Rempu- c.7.
blicam. Sed ad normam Aristotelis dicemus, Vt in su.2. cap.2.
ciuitate lex immobilis existens regit, ac mouet omnia ad 12. meta.
Rempublicam pertinentia; sic & in Vniuerso Deus t.38.
immobilis regit, ac mouet omnia Mundi corpora: 12. meta.
& in Homine anima per se immobilis regit, ac mouet 1. de an.
omnia membra. Vt in ciuitate ciues sunt alij Prin- t.61. &
cipes, qui se conferunt ad Prætorium; alij Legislatores 4. phys.
ad propria tribunalia; & alij Senatores, alij Oratores, t.45.
qui conueniunt ad suos confessus: ita & in Vniuerso cæ- y 2. de an.
lestes orbes consistunt in Ætheris Prætorio; Sol, & Lu- t.24.
na & Legislatores indicunt omnibus subcælestibus ter- 22. de gen.
minos originis, vitæ, ac interitus; sidera fixa veluti Sena- t.57.
tores, 4. de gen.
& 10. an. cap. 2.

tores, & errantia cætera veluti concionatores conueniunt ad proprios confessus, in quibus agitur de subcælestium fortunis: & in humano corpore consistunt in capitis Prætorio Platoni, ac Medicis Principes facultates animæ cognitrices; in corde vero veluti legislatores facultates animæ appetitrices, imperantes membris omnibus vt vel moueantur, vel quiescant, vel prosequantur, vel fugiant; & in toto corpore membra præcipua cor & cerebrum Senatores; iecur, ac testes velut Oratores conueniunt ad suos confessus de bona gubernatione totius humanæ ciuitatis veluti deliberantes. Sed Aristoteli cor est veluti Prætorium, in quo resident Principes facultates animæ. Rursus vt in Ciuitate Prytanæum est locus, vbi publica seruantur alimenta; sic & in Vniuerso globus ex terra, & aqua est; vnde omnia viuentia publicam sibi desumunt alimoniam: & in humano corpore ventriculus, ac venosum genus cunctis partibus alimenta suggerens Prytanæo comparatur aptissime. Denique sicut in ciuitate reorum alter rapitur ad iudicium, caussam vt ibi dicat; in carcerem alius compingitur, vt supplicio afficiatur illic: ita & in Vniuerso * vapor in altum rapitur ab exhalatione fumida sibi circumplexa, vt in aere sublimi examinetur; & ignea portio intra terræ viscera compingitur, & aer, vt ibi corruptione affecti pristinam exuant naturam: & in humano corpore sanguis in hepate genitus rapitur in cordis sinus, vt ibi probetur; & multi succi non boni compinguntur in carceres vesicæ felleæ, lienis, intestinorum, vt ibi vltimo supplicio affecti, vita nempe boni humoris exuti, ceu vita indigni pellantur extra corpus.

*1. meteor.
su.2. cap.1.
su.3. cap.1.

Mundus, & Homo similiter apte nuncupatur Car-
cer, & Spelunca. Cap. XXX.

Ed in Ciuitate, atque Republica quum
Carcer sit, & Spelunca; iam ex eo etiam
Vniuersi cū Homine cognoscemus ana-
logiam, quod vterque Carcer est, & Spe-
lunca: Porro Mundum esse Carcerem,
atque Speluncam asseuerauit Plato in
hanc sententiam, a Post hæc Naturam, inquam, nostram, quod a 7. de Re-
ad eruditionem & ruditatem attinet, tali quadam imagine contem- pub. iur.
plare. Finge animo subterraneum specus instar domicilium, cuius
ingressus longissimus versus lumen in antrum totum pateat: in eo ho-
mines nutritos a pueritia ceruicem & crura ita deuinctos, ut & im-
mobiles permanere cogantur, & ad anteriora solum proficere; capiti-
ta vero vinculis adstricta circumagere nequeant. Post tergum au-
tem superne ac procul ignis fax suspensa sit, interque ignem & vinctos
homines via superior paullo, secus quam paries sit, constructus exi-
guus, sicut plerumque præstigiatoribus septa quadam, super quibus
sua miranda demonstrant, coram spectantibus opponuntur. Cogita
rursus homines intra parietem ferentes vasa varia, supra parietem
eminentia, statuasque hominum, & aliorum animalium lapideas &
ligneas imagines, modis que varijs fabricatas: atque, ut consentaneum
est, qui hæc circumferunt, partim fileant, partim loquantur. Quam
porrentosa hæc figmenta sunt? At similes isti nobis sunt: nam pri-
mum quidem putas istos aliud quicquam vel sui ipsorum, vel proxi-
morum hominum videre præter umbras quæ ab igne in aduersam spe-
lunca partem cadunt & nihil aliud, quando nunquam in vita mouere
capita potuerunt. Quid autem eorum, quæ circumferuntur, nonne
umbras dumtaxat? nempe. Si ergo inuicem loqui liceret, nonne um-
bras rerum nominibus appellandas esse putare eos credamus? necess-
est. Quod si Echo ex aduersa parte carceris resonaret, quoties præ-
tereun-

tereuntium aliquis loqueretur, putasne ipsos alium quemquam, quam transeuntium umbras loqui existimatu-
 ros? non per Iouem. Omnino igitur isti nihil verum esse nisi fabricatarum rerum umbras arbitra-
 rentur, ita prorsus necesse est. Contra vero nunc animaduerte qua-
 lis foret eorum a vinculis solutio, ignorantiaque curatio: nempe si
 quis eorum solueretur, cogereturque repente surgere, collum vertere,
 ambulare, humen ipsum afficere; doletet protinus, nec propter splen-
 dorem intueri posset illa, quorum umbras ante cernebat. & reliqua:
Quæ mox declarans Plato subnectit, Tota hac imago, o
 amice Glance, referenda est ad illas, quæ supra dicta sunt: Carcer qui-
 dem is ad eam, quæ cernitur oculis, mundi machinam: fax vero ignis
 in specu ad Solis potentiam: postremum si ascensum ad supera, eorum-
 que conspectum, rite ad eum qui ad intelligibilem regionem tendit,
 ascensum retuleris, ut ego quidem spero non aberrabis, postquam sen-
 tentiam meam audire desideras. Deus autem nouit an vera sit.
 Sed eam esse veram edocet nos sacra pagina; siquidem
 in 6 Psalmo, cui titulus est, Intellectus David quum esset in
 spelunca oratio, ubi legitur versiculus, *Educ de custodia ani-
 mam meam* Speluncæ nomine Glossographus interlinea-
 ris interpretatur cum seculum, hoc est, hunc Mundum
 sensibilem; tum etiam carnem; hoc est, corpus huma-
 num: Hoc idem sentit Diuus Augustinus; qui versicu-
 lum etiam explicans, ait, *De custodia*, alias *de carcere*: hic
 carcer, vel spelunca Mundus potest dici, ubi omnia vana: unde rogat
 educi animam, quæ inde multa patitur. Vel, carcer dicitur corpus:
 sed non est magnum de corpore exire, quod & mali habent. & omnes
 cito vel sero: nec est charitas si iustus ad hoc nimis festinat. Vel po-
 tius corpus est carcer, non utique secundum id, quod Deus bonum fe-
 cit; sed corruptio eius ex peccato; de qua vult educi, ut fiat incorru-
 ptibilis: Merita carcerem faciunt: Vnum habitaculum, inclusio car-
 cer est, custodia, domus: Libertas domum facit, seruitus carcerem: ita
 caro; non quam Deus fecit, sed corruptio eius, & tentatio carcer est.
Apud Ethnicos etiam Autores humanum corpus est
 car:

Pl. 141.

carcer animæ; quia mens impeditur a corporis ergastulo ne possit semper intelligere, & intelligendo ne semper verum assequatur; neve Diuinas Intelligentias, Diuinarumque mentium attributa comprehendat: Quam sententiam professi fuerunt Cicero, Macrobius, Aristoteles, & Plato: Cicero quidem in Somnio Scipionis in-
 quiens, *Hic ego, etsi eram perterritus non tam meum moris, quam insidiarum a meis, quasiui tamen viueretne ipse, & pater P.ullus, & alij, quos nos extinctos arbitraremur: Immo vero, inquit, ij viuunt, quæ corporum vinculis, tamquam e carcere, euolauerunt: vestra vero, quæ dicitur vita, mors est. & mox. Non est ita, inquit, nisi enim quum Deus hic, cuius hoc templum est omne quod conspicias, istis de corporis custodijs liberauerit, huc tibi aditus patere non potest. & adhuc infra. Quare & tibi Publi, & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec iniussu eius a quo ille est nobis datus ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum a Deo defugisse videamini. Quem Tullij locum explicans Macrobius c. insit, Antequam studium Philosophiæ circa natu-
 ra inquisitionem ad tantum vigoris adolesceret, qui per diuersas gentes autores constituendis sacris ceremoniarum fuerunt, aliud esse inferos negauerunt quam ipsa corpora, quibus inclusa anima carcerem fædum, tenebris horridum sordibus, & cruore patiuntur: hoc anima sepulchrum, hoc Ditis concaua, hoc inferos vocauerunt: & omnia, quæ illic esse credidit fabulosa persuasio, in nobismetipsis, & in ipsis humanis corporibus assignare conati sunt: obliuionis fluuium aliud non esse asserentes, quam errorem animæ obliuiscantis maiestatem vitæ prioris, quæ, antequam in corpus traderetur, potita est, solamque esse in corpore vitam putantis: Pari interpretatione Phlegetontem ardorem irarum, & cupiditatum putarunt; Acherontem, quicquid fecisse dixisseve usque ad tristitiam humana varietatis more nos pœnitet; Coccytum, quicquid homines in luctum lacrymasque compellit: Stygem, quicquid inter se humanos animos in gurgitem mergit odiorum: Ipsam quoque pœnarum descriptionem de ipso usu conuersationis huma-*

lib. 1.
cap. 10.

na sumptum crediderunt: Vulturem iecur immortale tundentem
 nihil aliud intelligi volentes, quam tormenta male conscientia obno-
 xia flagitio viscera interiora rimantis, & ipsa vitalia indefessa ad-
 missi sceleris admonitione laniantis, semperque curas, si requiescere
 forte tentauerint, excitantis, tamquam fibris renascentibus inharen-
 do, nec vlla sibi miseratione parcentis, lege hac, qua se iudice, Nemo
 vocens absolvitur; nec de se suam vitare potest sententiam: Illos autem
 epulis ante ora positis excruciaci fame, & inedia tabescere, quos ma-
 gis magisque acquirendi desiderium cogit presentem copiam non vi-
 dere; qui in affluentia inopes, egestatis mala in ubertate patiuntur,
 nescientes parta respicere, dum egent habendis: Illos radijs rotarum
 perdere districtos, qui nihil consilio prudentes, nihil ratione mode-
 rantes, nihil virtutibus explicantes, seque & actus omnes suos fortu-
 na permittentes, casibus & fortuitis semper rotantur. Saxum ingens
 voluere, inefficacibus laboriosisque conatibus vitam terentes: atram
 silicem lapsuram semper & cadenti similem illorum capitibus immi-
 nere, qui arduas potestates, & infaustam ambiunt tyrannidem, nun-
 quam sine timore victuri; & cogentes subiectum vulgus odisse, dum
 metuat, semper sibi videntur exitium, quod merentur, excipere. Nec
 frustra hoc Theologi suspicati sunt; nam & Dionysius aula Sicula in-
 clementissimus incubator, familiari quondam suo solam beatam exi-
 stimanti vitam tyranni, volens quam perpetuo metu misera, quam-
 que impendentium semper periculorum plena esset, ostendere, gladium
 vagina raptum, & a capulo de filo tenui pendentem, mucrone demis-
 so, iussit familiaris illius capiti inter epulas imminere: quumque ille in-
 ter & Siculas, & tyrannicas copias presentis mortis periculo grau-
 retur; Talis est, inquit Dionysius, vita, quam beatam putabas; sic no-
 bis semper mortem imminentem videmus: aestima quando esse felix
 poterit, qui timere non desinit: Secundum hac igitur, quae a Theologis
 asseruntur, si verè Quisque suos patimur manes; & inferos in his cor-
 poribus esse credimus; quid aliud intelligendum est, quam mori ani-
 mam, quum ad corporis inferna demergitur; viuere autem, quum ad
 cap. 11. supera post corpus euadit? a Dicendum est, quid his postea veri so-
 lici-

De Mundi, & Hominis Analogia. 133

Uti inquisitor Philosophia cultus adiecerit; nam & qui primum
Pythagoram, & qui postea Platonem secuti sunt, duas esse mortes,
nam animam animalis alteram prodiderunt; mori animal, quum ani-
ma discedit e corpore; ipsam vero animam mori asserentes, quum a
simplici & indiuiduo fonte naturæ in membra corporea dissipatur; &
quia una ex his manifesta, & omnibus nota est; altera non nisi a sa-
pientibus deprehensa, ceteris eam vitam esse credentibus; ideo hoc
ignoratur a plurimis, cur eundem mortis Deum modo mitem, modo
immitem vocemus; quum per alteram, idest, animalis mortem absolui
animam, & ad veras naturæ diuitias, atque ad propriam libertatem
remitti, faustum indicio sit; per alteram vero, quæ vulgo vita existi-
matur animam de immortalitatis suæ luce ad quasdam tenebras mor-
tis impelli, vocabuli testemur horrore; nam, ut constet animal, necesse
est ut in corpore anima vinciatur; ideo corpus *δέναι*, hoc est, vincu-
lum, nuncupatur: & *σῶμα*, quasi quoddam *σῆμα*, idest, animæ se-
pulchrum. Vnde Cicero pariter utrumque significans, corpus esse
vinculum, corpus esse sepulchrum, quod carcer est sepulcorum, ait,
Qui e corporum vinculis, tamquam e carcere euolauerunt. Hoc
placitum fuisse Platonis, aperte constat ex ijs, quæ scrip-
sit in Cratylo, dum ait, Quod vero post hoc sequitur corpus,
nonne *σῶμα* nuncupas? certe: atqui videtur mihi in hoc nomine
parillisper ab origine declinari; nempe corpus hoc animæ *σῆμα*, se-
pulchrum quoddam esse tradunt; quasi ipsa præsentī in tempore sit
sepulta: atque etiam quia anima per corpus *συναιρεί*, significat
quacumque *συνίεν* significare potest; & idcirco *σῆμα* iure voca-
ri. Videntur mihi præterea Orphei sectatores nomen hoc ob id potis-
simum posuisse, quod anima in corpore hoc delictorum det pœnas, &
hoc circumsepto valloque claudatur, velut in carcere quodam,
σῶμα seruetur: Esse itaque volunt hoc ita, ut nominatur, animæ
σῶμα seruandi gratia claustrum, quoad debita quaque expendat, ne-
que litteram aliquam adiiciendam putant. Quod placitum col-
laudauit Apostolus inquiens ad e Romanos, Quis me li- cap. 7.
berabit de corpore mortis huius? ceterum & hanc sententiam in f.
col-

collaudat non vno in loco Aristoteles, & primo quidem
 dicens, Intellectum humanum non bene se habere dum
 materiae copulatus, est in hoc corpore, velut in carcere,
 & in hoc homine, velut in sepulchro; veram optime se
 habere, dum separatus a corpore degit in Mundo, vt
 quoddam totum sui generis, verba Philosophi aurea
 sunt hæc, *f* An omne non habens materiam indiuisibile est? quem-
 admodum humanus intellectus, aut qui compositorum in aliquo tem-
 pore se habet: nam non bene esse habet in hoc, aut in hoc; verum in
 toto quoddam, quod optimum est, aliud ab eo existens: sic autem ipsa
 suiipsius intellectio per totum æternum se habet. Quæ latius a
 nobis explicantur in Opere De g Immortalitate Ra-
 tionalis Animæ. Deinde vero dicens, *b* Laboriosum autem
 est & commissum esse corpori, non potens absolui; & præterea fu-
 giendum: siquidem melius est intellectui non cum corpore esse; quem-
 admodum & consuetum est dici, & multis placet. Quorum di-
 ligentior explicatio desumenda est ex eodem i opere
 nostro. Deinceps autem in Dialogo ad Eudemum as-
 serens, testimonio & Plutarchi, melius esse non nasci,
 vel natum citissime mori, quam diu mortales viuere in
 hoc materiali corpore: quod placitum etiam late discus-
 simus l ibidem. Sic igitur summa ponitur agnoscitur-
 ve Mundum inter & Hominem analogia, quod vterque
 Carceri, Speluncæ, ac si placet sepulchro similis esse
 probatur a viris sapientibus.

*Mundus, & Homo Prouinciæ bene gubernatæ si-
 militer comparatur. Cap. XXVI.*



Epulchrum, Carcer, Specus, & Ciuitas omnis est
 in aliqua Prouincia. Mundus, & Homo, qui nu-
 per Ciuitati, Speluncæ Carcerique comparati,
 quapiam affinitate donabantur; iidem eam etiam co-
 gna-

gnationem obtinent, quod ambo Prouinciæ similes esse dicuntur: nam Aristoteles agens de a Vniuerso, perspicuis verbis ait, *Atqui statuere nos oportet magni ipsius Regis fastigium, prout quidem est Dei Optimi eminentia, qui pro potestate Mundum tamquam Prouinciam obtinet, tam esse infimum, quam esse summum hoc ipsum Regis fastigium, si cum animante quodam vilissimo, atque infirmissimo componeretur.* Quibus analogia ponitur inter Deum, Regem, & Animam; interque Mundum, Prouinciam, & Hominem. Cæterum in Prouincia sunt plures ciuitates inuicem subordinatæ, ac vni Regiæ subiectæ, a qua gubernantur: sic in Mundo quinque sunt veluti ciuitates, Cælum, & quatuor elementa, Cælo subiecta, & a Cælo gubernata, quod monuit b Aristoteles, Necessarium fuisse Mundum inferiorem hunc elementarem contiguum esse supernis lationibus, vt omnis huius Mundi virtus gubernetur inde. Similiter in Homine sunt quatuor veluti Ciuitates, tres Ventres, Caput, Pectus, Abdomen, & Artus; quorum tria cætera subiecta sunt, vel Pectori tamquam Regiæ, a qua totum corpus gubernatur, ac regitur, vt asserit Aristoteles, c Cor enim in parte prioris, atque in medio situm est; in quo principium vitæ, omnisque motus, & sensus esse censemus: etenim partem versus, quam priorem appellamus, tum sensus, tum etiam motus agitur. & paullo d post, Cor enim statim omnium partium primum consistens, sanguinolentum est: motus etiam lætitiæ, ac tristitiæ, denique omnium sensuum hinc oriri, eodemque desinere videntur. Ratione quoque ita esse probatur: principium enim vnum esse oportet, ubicumque fieri potest: aptissimus autem omnium locorum medius est: medium enim vnum est, & tale, vt undique attingi, vel æque, e in Timæo. f Gal. introd. c. 11. vel proxime possit vel capiti, vt placet. Platoni, ac f Medicis, non admodum repugnante Aristotele, quando- 3. de deor. cap. 5. que scribente, Quidam vero simul partes quascumque principales, & in qua prima ratio, & substantia; vt puta si hæc cor, aut ce- g 7. meta. t. 35.

b i. mereo.
su. 1. cap. 2.

c 3. de part.
an. cap. 3.

d cap. 4.

e in Timæo.
f Gal. introd. c. 11.
3. de deor.
cap. 5.

g 7. meta.
t. 35.

rebrum: nihil enim differt, utralis sit. Sic ergo Mundo cum Homine magna intercedit analogia in eo, quod uterque Prouinciæ comparatur apte.

Mundus, & Homo pariter similis est Exercitui.

Cap. XXVII.



Rouincia dicitur quod procul vinci videatur: assentit enim Hegesippus, Romanos, quum in ius suum vincendo redigerent procul positas regiones, appellasse Prouincias: Quare Prouincia non est sine Exercitu: Qui ergo nuperrime visus est Homo, & Mundus obtinere Prouinciæ rationem, iidem nunc in eo conuenire videntur, quod ambo pariter Exercitui recte comparantur. Mundus quidem, de quo Aristoteles tum in prima Philosophia scribit, a Perscrutandum autem etiam hoc, quonam modo natura vniuersi habeat ipsum bonum, & ipsum optimum: utrum separatim quiddam, & ipsum, an per se, an ipso ordine. An utroque modo, quemadmodum exercitus: ctenim bene esse eius, in ordine, & Dux ipse est; a: magis ipse; non enim ipse propter ordinem, verum ordo propter ipsum est. Cuncta autem coordinata quodammodo sunt, verum non similiter & natantia, & volatilia, & plantæ; nec ita se habent, ut sit vllum alteri ad alterum, sed sunt ad quippiam: ad vnum namque coordinata sunt omnia. tum etiam ad Alexandrum ait, Itaque ille omnium princeps, parensque, animi tantum sensi speculabilis, simul ac signum naturis dederit inter calum terramque rehentibus, earum vnaqueque in orbibus suis ingi motu cietur, atque inter suos limites, alternis conditis atque apparens, sexcentas illa formas eodem a principio exhibens, vicissimque subducens. Quod vero in hisce rebus agitur, magnopere simile est illi, quæ belli tempore inter homines fluctuantur; namque statim ut classis cum exandiri in exercitu captum est, alios ipse

a 12. meta.
l. 52.

lib. 7. de
mund. c. 7.

ipse videas scuta sibi aptantes, lorica alios induentes, alios ocreas
 vel galeas sumere, vel balteo se cingere festinantes: Rursus videas
 qui frangatos equos adiuvant, alios qui currus conscendant, qui deni-
 que tesseram per explicatam aciem prodant. Tum manipuli ductor
 ad manipulum, centurio currit ad centuriam: postremo equites ad
 cornu, velites ad stationem quisque suam festinant. Quum interim
 sub uno ductore omnia moveantur, qui imperia & ipse significanda
 accipit ab eis, apud quem summa est imperij: eodem nos & ipsos modo
 censere convenit de Universo: Quum enim ab una vi impulsice ciean-
 tur omnia, sit vniue quod cuique commodum est, & conveniens.
 & non multo post. Vt summam vero iam loquamur, quod in
 natura gubernator est, quod in curru agitator, quod in choro praeceptor,
 quod denique lex in civitate, & Dux in exercitu, hoc Deus est in Mun-
 do. Sic igitur apte Mundus Exercitui comparatur, quod
 & ea ratione probatur, quia semper in Mundo pugna
 spectatur inter contraria; iugis est enim humidorum
 cum siccis, calidorum cum frigidis, aliorumque plurium
 oppositorum cum suis contrariis digladiatio; ut non
 immerito Mundum a lite, discordiaque regi statuerit
 Empedocles. Ceterum & Hominem Exercitui, cuius
 bonum in ordine consistit, & in Duce; scilicet in coor-
 dinatione membrorum corporis, & in animo, comparat
 apte non solum Aristoteles, verum etiam Sacra scriptu-
 ra: Philosophus quidem, dum agens de functione intel-
 lectus humani circa prima principia, sic insit, & Neque ita
 que insunt determinati habitus, neque ab alijs habitibus notioribus,
 sed a sensu, ut in pugna versione facti: uno stante, alter fletit, postea
 alter, quousque ad principium venit: anima vero est talis, ut possit pa-
 ti hoc. & alibi tractans de humano intellectu practico,
 d. scribit, Formas igitur intellectuum in phantasmatis intelligit:
 Et sicut in illis determinatum est ipsi persequendum & fugiendum;
 sic & extra sensum, quum in phantasmatis fuerit, movetur; ut sen-
 tiens signum face datum, quod ignis, communi cognoscit, videndo
 eum.

cum, qui se mouet, quod hostis est: aliquando autem ijs, quæ sunt in anima, phantasmatis, aut intelligentijs, tamquam videns ratiocinatur, & deliberat futura ad præsentia. Quæ sic interpretare, vt exemplum bellicum, quo nunc vtitur Aristoteles ad explicandam naturam functionis intellectus humani, satis indicet humanam naturam Exercitui belle comparari. Sacra vero pagina, dum Hominem illam, cuius *f* filium esse se Dei vnigenitus frequentissime prædicat, Exercitui comparat *g* inquit, *Pulchra es amica mea, & suavis & decora sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata; & mox. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Quibus Exercitus homini mulieri comparatur apertissime. Porro sunt in Homine milites, facultates animæ vegetalis, & sensitrices variæ multiplicæque; Dux est vnus intellectus, Regina voluntas; in humano corpore Dux Aristotelicor est, Medicis cerebrum; vtrisque sunt alia membra milites variorum graduum. Quin & apud *h* Iob, *Militia est vita hominis super terram; & apud Glossographum i Leuitici, Castra sunt præsens vita, in qua semper contra spirituales nequitias pugnamus. Seneca pariter in eadem sententiam inquit, k Atqui viuere, mi Lucili, militare est. Sic igitur magna reperitur inter Mundum, & Hominem analogia; quum vterque comparetur Exercitui.**

Mundum, & Hominem apte Currui comparari.

Cap. XXVIII.

N exercitu plurimus est Currum vsus tum ad vehendas machinas, & commeatus, aliasque sarcinas; tum ad præliandum; quum olim falcatibus Currubus plurimum dimicaretur: Quos ergo nuper

r me

rimè vidimus Hominem, & Mundum exercitui similes; eosdem legimus apud Classicos Autores miram cum Currui similitudinem habere; nam Aristoteles apertis verbis ait, *a Quod in Currui agitator, hoc est Deus in Mundo.* a de mundi. cap. 7. Sane mundani Currus rotæ sunt cælestes orbes in eodem stadio circumducti perenni cursu; equorum instar sunt ductrices Intelligentiæ secundæ sphaeris assistentes; Auriga Deus optimus, ad cuius nutum mentes illæ motrices suas voluunt rotas. Verum & Hominem Currui comparat in Phædro Plato, dum ideam animæ proponens inquit, *De immortalitate animæ satis est dictum: de idea vero ipsius in hunc modum est dicendum. Quale id omnino sit, diuina penitus, prolixaque narrationis foret: similitudinem vero quamdam eius describere, humana, & breuioris: hoc igitur modo dicamus. Similis esto cognata potentia subalati currus & aurigæ. Deorum equi, & aurigæ omnes boni sunt, atque ex bonis, aliorum vero permixti. Principio quidem nostri Princeps bigas habens moderatur: deinde equorum alter bonus & pulcher, & ex talibus, alter contrarius & ex contrariis: Quo fit ut dura & difficilis necessario sit vectura nostra. Quæ vero ratione mortale, & immortale animal appellatum est, conandum est dicere. Omnis anima totius inanimati curam habet, totumque percurrit cælum, alias videlicet alias sortita species: Perfecta quidem dum est & alata, sublimis incedit, ac totum gubernat mundum. Cui vero alæ defluerint, fertur quoad solidum aliquid apprehenderit sibi habitaculum sortita, corpusve terrenum suscipit, se se mouere apparens propter illius potentiam: animalque totum vocatur, anima simulque corpus compactum, & mortale animal cognominatur: Immortale autem ex nulla ratione discursu percepta, sed quæ fingitur: quippe quum neque viderimus, neque satis intellexerimus Deum, immortale quoddam animal habens quidem animam, habens etiam corpus naturaliter omne tempus coniuncta. Sed hæc iam uti Deo placet, ita se habeant, & dicantur; per quam vero causam alæ abijciantur, decidantque ab anima, nunc dicamus.*

lis quædam naturalis alarum vis est, graue in sublime attollere, ubi Deorum inhabitat genus: omnium vero, quæ sunt circa corpus, maxime particeps domini est animus: diuinum autem pulchrum, sapiens, bonum, & quicquid tale dici potest: his utique alitur maxime, auge-
turque ipsa alatio animi; turpi autem, & malo, contrarijsque huiusmodi deficit atque interit. Magnus utique dux in celo Iupiter citans alatum currum primus incedit, exornans cuncta, prouideque disponens, &c. Quibus Plato Currui comparat non solum Vniuersum, cuius Aurigam & rectorem ponit Deum summum, equos vero cælestes Intelligentias; verum etiam animæ naturam, in qua mentem ponit Aurigam, at equos instituit duos appetitus, rationalem, & irrationalem; quorum ille voluntatis nomine donatus dicitur equus pulcher & bonus; hic vero sensitiuus appetitus turpis & malus esse statuitur; quorum dissidio fit vt humanæ vitæ cursus difficilis sit; quum Mundi Currus equis bonis actus, sit facilis & vniformis; solo namque ducitur appetitu rationali, carens irrationali: quum Currus sit vtriusque corpus; alæ vero sint appetituum cupiditates, & desideria. Sic igitur in eo summa Mundi cum Homine similitudo, & analogia intercedit; quod vterque Currui alato comparatur: Quam doctrinam, & Aristoteles mira breuitate complexus est duplici theoremate; quorum altero *b* statuit Deum in Mundo esse hoc, quod Auriga est in Curru; altero decernit ita se habere *c* Diuinum intellectum in tota Mundi natura, vt se habet intellectus humanus in animalibus rationalibus, adeoque in Homine: vnde colligas Hominem esse Currum quemdam alatum, atque animatum, quemadmodum est Mundus.

b de mund.

c. 7.

c 1. meta.

in 2. cap. 2.

Analogia Mundi, et Hominis colligitur ex utriusque simili habitudine partium ad inuicem, & ad suum totum. Cap. XXI X.



Orro si exercitus non solū curruum vberitate debet abundare, sed maxime nititur ordine, quo milites omnes inter se, atque ad vnum Imperatorem apte referuntur: quum similis ordo maxime spectetur inter partes Mundi, & Hominis in habitudine ad suum totum: profecto pulcherrimam esse Mundi cum Homine proportionem necesse est. Hanc autem partium humani corporis inter se, & ad suum totum ordinatam proportionem optime nobis depinxit Hippocrates in ænigmatico suo illo volumine De Alimento scribens, *Confluxio vna, conspiratio vna, consentientia omnia: iuxta totius quidem corporis naturam omnia, iuxta partem vero, partes in vnaquaque parte ad opus. Principium magnum ad extremam partem peruenit: & extrema parte ad magnum principium peruenit. Vna natura, esse, & non esse. Quæ sic primum de Mundo, deinde de Homine proportionabiliter interpretamur. De Mundo quidem, quia in Vniuerso vna confluxio est luminis, & motus a cælo in totam regionem elementarem; vt enim spacio vigintiquatuor horarum primum mobile rotatur ab ortu per occasum in ortum, & diurno hoc motu suo rapit in gyrum non repugnantes, licet in contrarium tendentes motibus proprijs, cæteras cæli sphæras, & elementum ignis, & supremam regionem aeris circa terram: cuius motus vestigium a nautis obseruatum in oceano, suas aquas perpetuo ab oriente in occidentem versante, satis indicat eodem volumine circumduci medium, & inferum aerem;*
etfi

et si ob sui raritatem aer eiusmodi motum fatifcentis de-
 mum circumuolutionis gerat inadspectabilem; quum
 maris densior corpulentia tardiore eundem gyrum
 sensui visus utcumque subijciat: ita plane iugiter a cæli
 parte siderea, Soleque speciatim lumen effunditur ad
 terram vsque in omnem Mundi partem; quamuis etiam
 ad centrum terreni globi cæleste lumen effundi Plato-
 nici senserint, nusquam tenebras agnoscences: Ficinus
 etenim apud *a* Plotinum asserit, *Luminis vehiculum esse*
perspicuum ubique diffusum, etiam in corporibus opacis; ubi color in
superficie quadam est portio luminis; in profundo lumen inest sed in-
uisibile. Quam positionem nos fusius expendimus in
 Opere nostro *b* De lumine; propediem inuulgando.
 Addunt alij cælestes ab empyreo, alij a cælis etiam infe-
 rioribus influentias, occultis viribus a motu & lumine
 distinctis innixas, in vniuersas Mundi partes permeare;
 de quarum influentiarum admirabili potestate multa
 nimium prædicant Arabes Astrologi, & *c* Stœflerus ad
 Persei stellas: Verum enimuero nobis probatur *confluxio*
una motus, & luminis a cælo per vniuersum Mundum:
 Cui confluxioni correspondet in Homine *confluxio una*
 spirituum, & caloris, & alimenti a corde per venas, & ar-
 terias in vniuersum corpus; vt decreuit *d* Aristoteles, &
 recepit *e* Anicennas ab Aristotele; quum hoc ipsum ab
 Hippocrate recipere potuisset, apud quem legimus,
f Cor præditum esse duobus ventriculis, qui, ait, sunt
 fontes humana natura; unde exeunt flumina, quibus totum corpus
 irrigatur: atque hi etiam vitam homini conferunt; & ubi resiccati
 fuerint, homo moritur. Proportionem correspondent mo-
 tui quidem cælesti spiritus, quos Hippocrates *g* alibi nū-
 cupat impetum facientes; lumini vero nutrimentum,
 quia lumen cæleste viuificum quid est in Mundo, & ali-
 mentum conseruat vitam; conseruat enim *h* esse vi-

uen-

a lib. de lu-
 min. cap. 5.

b lib. 1.

c in com.
 ad Procl.
 Sphar. p.
 322.

d de vit. &
 mor. c. 2.
 2. de gen.
 an. c. 4.

e l. 1. f. 1. f.
 doc. 5. c. 1.
 3. de nat.
 an. c. 4.

f lib. de
 cord.
 6. epid.
 par. 7.

g 2. de an.
 1. 47.

uentis, quod nihil aliud est quam i viuere. Quod si mo- i 2. de an-
 tui, ac lumina a Coelo in Vniuersum confluentibus dare t. 37.
 placuerit socium tertium influentias; non deerit in ho-
 mine calor a corde influens in totum corpus, qui mirifi-
 ce proportionem respondet influentijs nuncupatis. Vel
 etiam clarius, motui cælesti correspondet motus cordis;
 lumini vero calor cordis; nam vt motus cæli circularis
 est ab eodem ad idem, & causa efficiens omnium mo-
 tuum in Mundo elementari; sic motus diastoles, & sy-
 stoles cordis incessabilis quoquo pacto ab eodem ad
 idem est; & causa est vnde pendent pulsus, ac motus
 arteriarum in vniuerso corpore: vtque lumen a cælo
 diffunditur in totum elementarem Mundum, in eo calo-
 rem gignens, ita calor cordis diffunditur in totum cor-
 pus, viuificatque singulas particulas. Si tertias quæras
 influentias, hæ tibi fuerint vires pulsificæ, vel potius in-
 fluentes a corde spiritus in omnia membra. Sic igitur
 in Mundo, & in Homine est *confluxio vna*. Quin &, quod
 statim adijcit Hippocrates, *Conspiratio vna*, quia quum
 tria sint k Aristoteli genera corporum simplicium, ex k r. cal.
 quibus velut elementis vniuersa Mundi machina com- t. 91.
 paginatur, graua, leuia, & neutra; hæc omnia conspi-
 rant ad Vniuersi constitutionem vno sui naturali motu,
 vnaque sui naturali propensione tendentia quælibet ad
 sua loca, quiescentia quælibet in suis locis; nimirum gra-
 uia ad centrum delata, ibique quiescentia; leuia circa
 graua vndique a centro sublata, ibique semper quie-
 scere gestiunt; & neutra circa hæc omnia intra se com-
 prehensa perpetuo circumgyrantia: Itidem humanum
 corpus l Hippocrati constat omne triplici genere sub- l. 6. Epid.
 stantiarum, quas appellat ipse Continentia, Contenta, par. 7.
 & Impetum facientia; quæ proprie sunt solidæ partes,
 humores, atque spiritus; ex quibus adeo tota natura
 Ho-

Hominis constituitur, vt ex his tantum conspirantibus
ad certas sedes humanum corpus integrari videatur.
Proportione vero correspondent solidæ quidem partes
orbibus æthereis; qui & intra se corpora reliqua contin-
nent, & ea soliditatis conditione donantur, vt externis
iniurijs omnino resistent; etenim sunt incorruptibilia.
Contenta vero comparantur grauibz elementis, quæ
nihil prorsus continentia continentur in Mundi centro;
demum impetum facientia leuibz æquiparantur, quæ
mobilitate maxima donantur. Sic itaque *conspiciuntur*
est tum in Mundo simplicium corporum grauium, le-
uium, & neutrorum, seu terræ, aquæ, aeris, ignis, & cælo-
rum ad Vniuersi constitutionem; tum etiam in Homine
Continentium, Contentorum, & Impetum facientium,
seu partium solidarum, humorum, atque spirituum ad
humani corporis compositionem. Addit Hippocrates,
Consistentia omnia, quoniam in Mundo consentiunt om-
nia corpora simplicia sibi inuicem communi quapiam
proprietate, qua colligantur apte ad Vniuersi compa-
gientem; etenim tum omnia * mobilia sunt motu simplici,
& in suis locis vtcumque quiescentia: tum terra sibi gra-
uitate sua determinat Mundi centrum; circa quod cæ-
lestia corpora voluuntur assidue; qua grauitate, præte-
reaque frigiditate, ac densitate terra proxime coniun-
gitur elemento aquæ paullo minus graui, frigido, ac
denso; quod elementum aquæ humiditate, ac perspicui-
tate, grauitateque consentit cum aere, grauitatis, humi-
ditatis, & perspicuitatis non experte: Aer autem per-
spicuitate pariter, calore, tenuitate, subtilitate, raritate-
que substantiæ consensum habet cum elemento ignis:
Ignis vero denique cum cælesti corpore communem
obtinet perspicuitatem, mobilitatem, siue motum
circularem vtcumque, ac lucem in suis partibus con-
den-

* 1. cæli. 35.
& seqq.

2. de an.
1. 68.
3. de no.
Astr. 50.
1. meteor.
1. cap. 4.

densatis; vt late demonstraui in Opere de Nouis
 Astris, & p Cometis. Similiter in humano corpore con- lib. 3. cap. 12.
 sentientia sunt omnia, tū quia in aegritudinibus principis
 alicuius membri, partes omnes aliæ illi vni compatiuntur:
 tum quoniam in habitu sanitatis omnia mēbra mutuam
 sibi inuicem operam præstāt; quia Cor per arterias vni-
 cuique parti spiritum vitalem, & calorem tribuit; Cere-
 brum per nervos vnicuique similiter alteri particulæ
 sensum, & motum; Hepat per venas singulis particulis
 alimentarium sanguinem; & quælibet alia particula cæ-
 teris vsum, vel functionem aliquam; quod late nobis
 demonstrauit Galenus in suis. De vsu partium libris,
 ostendens vnāquamque partem humani corporis mi-
 nisterium, vel vtilitatem quāpiam veluti symbolum
 conferre ad totius Hominis vitam, & incolumitatem:
 Quare *consentientia omnia* pariter in Mundo sunt, & in
 Homine. Quod magis explicat q̄ ibidem Hippocrates lib. de
 addens, *Iuxta totius quidem corporis naturam omnia, iuxta par-*
tem vero partes in vnaquaque parte ad opus. Quoniam in Mun- alim.
 do corpora omnia simplicia, seu elementa integra sunt
 collocata secundum congruentem naturam corporis
 Vniuersi; quia superiora & r nobilia / gubernant in- 1. cel. t. 13. 17.
 feriora vilioraque, in eaque agunt veluti t̄ forma in ma- 1. m. theo. su. 1. c. 2.
 teriam, ad Vniuersi salutem, ac perfectionem: In quouis 2. dogen. t. 50.
 autem elemento partium discrimen est secundum puri-
 tatem, ac impuritatem, maioremque, ac minorem perfe-
 ctionem, vt constat ex eodem Aristotele: Quæ par- 1. m. theo. su. 1. cap. 4.
 tium diuersitas elemento cuique confert ad proprium
 opus obeundum; quum enim geminum sit cuius ele-
 mento munus; quorum alterum est Mundi constitutio,
 & alterum mistorum tam viuientium, quam inanimatorum
 generatio; singula elementa ratione suarum partium
 puriorum, ac perfectiorum, seu superiorum in proprijs
 locis

locis commemorantur, & Vniuersi constitutionem mouentur; at ratione suarum partium impuriorum, imperfectiorum, seu minus syncerarum, quas Aristoteles appellat, aliquando Naturam inordinatiorem, ad mixtorum generationem promouendam concurrunt. Con-
 * Gal. 8 de
 vi. par. c. 5. similiter in Homine omnia membra præcipua, siue summa, vt ita loquar, caput, thorax, venter, & artus, in quæ primum partiuntur Humanum corpus Anatomici, collocata sunt & ordinata inter se secundum naturam congruentem Vniuerso corpori; quia caput, in quo sensus omnes, & * oculi præsertim continentur, supremam corporis totius regionem occupat, vt a lōge prospiciat Homo quæ proficua sibi sint prosequenda, & quæ noxia sint euitanda. Thorax, in quo fons caloris vitalis cor residet, in medio corporis situm est, vt facile possit omnibus particulis vitalem calorem communicare: Venter, in quo viscera nutritioni, generationique sobolis dicata, & excrementis destinata locantur, inferiorem partem obtinere debuit, ne coctionum vniuersalium, & excrementorum motus vehementes, ac tetri multique vapores turbarent simulachra cognitioni deseruiencia, sensuum exteriorum, & interiorum organis impressa, & facultatibus cognitricibus representantia obiectorum iudicandorum ideam, atque naturam. Artus denique procul a ventribus his expediti positi sunt a natura, vt externis motibus dicati valentioribus non impedirent capitis, pectoris, & abdominis operationes; quæ quiete, lenique motu perficiuntur. In quouis autem quatuor horum membrorum inuenitur varietas partium, quæ mutuam sibi operam præstant ad suas operationes rite obeundas: & summatim vnaquæque particula in corpore propriam aliquam operationem, aut vsum confert veluti symbolum ad totius Hominis vitam, & incolumi-

tatem; qua de re præclare fuseque Galenus, vt dicebamus in aureo suo volumine De vsu partium inscripto.

Addit Hippocrates, *Principium magnum ad extremam partem peruenit: ex extrema parte ad principium magnum peruenit.* Prin-

cipium magnum, non mole, sed y virtute, in animali est anima: Porro Mundi anima, quæ secundum Aristotelem est Deus Optimus Maximus, Vniuerso assistens, & singulis Mundi partibus, non concluditur in vna tantum orbis parte, sed a vbique degens peruenit ad quâlibet extremam orbis partem, & ex extrema parte peruenit ad seipsum; quoniam in Mundo quum obtineat

rationem causæ tum formalis, tum effectricis, tum etiam finalis, vt late b superius ostendimus; propterea vt causa omnium efficiens & formalis, ex se peruenit ad extremam quamlibet Mundi partem producendam, con-

seruandam, & gubernandam; vt omnium finis, ex extrema parte quacumque Mundi peruenit ad magnum principium, quia, quauis parte Mundi corrupta, remanet in semetipso Deus; quod alijs verbis legimus apud autorem Sapientiae, quem Philonem esse c prædicant, cui

d Sapientia, diuinaque e Prouidentia, quam f Plato pronunciat esse animam Mundi, attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Sed & Psalmista Deum * vbique locorum esse prædicat. Pariter in Homine principium magnum est anima rationalis, quæ

testimonio Aristotelis æmulata g mundanam animam, h triplicis causæ rationem obtinet in Humano corpore, formalis, effectricis, atque finalis; quæ vt formalis, tribuens esse humanum particulis omnibus; vt efficiens, intellectionum iudicia promouet, citra corporei ministerium organi, citraque i particularum corporis vsum; gubernatque cæteras inferiores animas, vegetalem dico, sensutricemque in omnibus earum functionibus

y 1. cal. t. 33.

z 1. meta.

su 2 c. 2. &

12. meta.

t. 49.

1. de part.

cap. 5.

b cap 2 &

seqq.

c D. Hiero.

& Hebrai.

d cap. 8.

e Ficin. in

Dedi. Plat.

fin Timeo.

* Plal. 138.

g 1. meta.

su 2 c. p. 2.

h 2. de an.

t. 36. 37.

i 3. de an.

t. 6.

k 1. de an.

t. 92.

obeundis in qualibet corporis particula : demumque ut
finis omnium partium corporis, ac totius organizatio-
nis, necessario toti corpori coextenditur, & a principe
parte corporis intima, cui primum inferitur in hominis
constitutione, ac ortu; peruenit ad extremam quamlibet
humani corporis particulam; vt late probauimus in

lib. 1. cap.

26. & seqq.

& lib. 2. c. 1

& seqq.

m 1. meta.

1. 51.

n cap. 9.

o 4. meta.

1. 23.

p dial. de

ente.

q 3. de an.

1. 20.

r 7. meta.

1. 35.

libro 1 De Animarum coextensione corpori : eadem-
que in obitu hominis a corpore separatur, & in se ma-
nens peruenire dicitur ad magnum principium, nimi-
rum ad seipsam a corporis contagione absolutam, atque
adeo ad essentiam æterno in æuo se sine difficultate, ac
sine errore intelligentem; vt supra vidimus ex Aristo-
tele. Demum autem in fit Hippocrates, Vna natura, es-
se, & non esse scilicet in Mundo, cuius Aristoteles o duas
præcipuas partes agnouit, cælestem, ac elementarem;
ex quibus vna natura consurgit vniuersi; quarum pars
ætherea, quod incorruptibilis & æterna sit, determina-
tur ipso esse; sed elementaria, quod generationi, & cor-
ruptioni obnoxia sit, determinatur non esse, sed ipso
fieri; quæ res apud Platonem euidentissima est, qui res
ortui & interitui subiectas appellat p non entia. Sic in
Homine duas partes contemplari possumus, mortale
corpus, & immortalem animam; ex quibus vna natura
consurgit Hominis integri; quarum partium anima,
quum sit immortalis, dicitur esse, ac vere ens, seu id quod
est; vt constat ex q Aristotele: corpus vero, caducum
quum sit, dicitur non esse, sed fieri, & contineri, conser-
uarique: quin & corpus ratione materiæ, qua nititur, quæ
Philosopho nec ens, nec non ens dicitur, vere non es-
se statuitur in Peripato. Sic igitur ex habitudine par-
tium ad inuicem, & ad totum, summa proportio est in-
ter Mundum, & Hominem.

*Mundi, et Hominis analogia desumitur ex eo, quod
 utrisque proportionate congruunt Anni tem-
 pestates, Ver, Aestas, Autumnus, &
 Hyems. Cap. XXX.*



Vndi partes principales in habitudine ad
 suum totum duo habent cardinalia tem-
 pora, Hyemem, & Aestatem; quæ ab
 a Aristotele cum a Solis, tum etiam a Lu-
 nae motu prodire constituuntur, his no-
 tis, Tum etiam ut menstrua secundum naturam
 mensibus decrecentibus potius sunt, eadem de causa accidit: tempus
 enim hoc mensis frigidius est, & humidius, propter Lune decremen-
 tum, defectionemque: Sol enim per totum annum hyemem, atque
 aestatem facit; at Luna per mensem id agit: quod ita fit, non accessu
 discessuque Lune; sed alterum crescente luce, alterum decrecente.
 Quod multo b prius etiam admonuerat Aristoteles, b 2. de gen.
 tum asserens, Caterum menstrua nullo circuitu certo describun-
 tur; tendunt tamen moveri decrecente mense; idque ratione recta;
 sunt enim corpora animalium frigidiora, quum evenit ut continens
 aer talis efficiatur: mensium autem coitus frigidi sunt propter Lune
 defectum: itaque fit, ut fines mensium, quam media, sint frigidiores:
 tum inquires, c Ut propter quid Nilus decrecente mense magis c 2. post.
 fluat? quoniam hibernior decrescens est: & propter quid hibernior de-
 crescens est? quoniam Luna deficit: hæc enim ita se habent inter se.
 Sunt autem hæc duo tempora passionis Vniuersi; quia
 quum Vniuersum ex elementis, & cælo coagmentetur,
 Aristotele d doctore, hyemis, & æstatis causa efficiens d 4. meta.
 cælestis est, Sol, atque Luna; causa vero materialis est t. 23.
 elementaria, subcælestis omnis regio. Caterum duo
 tempora his proportionalia recognoscitur in Homine
 Ma-

e 5. de gen.
an. c. 3.

Magister, dum ait, e Calui omnium maxime animalium homi-
nes aperte efficiuntur; quod genus affectionis generale quodammodo
est: nam & plantarum alia semper frondent, alia frondem amittunt:
& aues, quæ certo tempore se abdunt, & latent, pennas amittunt;
qualis affectus caluitium in hominibus est; quibus accidit, ut calue-
scant: Quum enim paullatim & frondes, & penna, & pili defluant,
ubi vniuersim hic affectus euenerit, vocabula accipit hæc, caluescere,
defrondescere, depennescere: causa autem huius affectus inopia hu-
moris calidi est; qualis præcipue est humor pinguis; quocirca planta,
quæ pingues sunt, fronde perpetua virent: sed de his alias; sunt enim
in ijs vel alia causæ comites huius affectionis: Euenit hoc plantis hi-
berno tempore; mutatio enim hæc potior quam ætas earum est. Ani-
malibus etiam, quæ latent, idem tempus iactura est: sunt enim minus
quam homines natura humida, atque calida. Homines autem suis
ætatibus hyemem, æstatemque agunt; quamobrem nemo, antequam
coire incipiat, caluescit; sed a venereo coitu potius id euenit, scilicet
ijs, qui sua natura sunt eo propensiores. Quum enim cerebrum frigi-
dissimum omnium corporis partium sit, tum rei venereæ usus refrige-
rat: caloris namque synceri, naturalisque secretio est: itaque cere-
brum sentit merito prius: quæ enim imbecilla, vitiosaque sunt, causæ
parua, exiguoque momento immutantur. Quapropter si quis cogi-
tet, ut & ipsum cerebrum parum calidum est, magisque talem esse ob-
ductam cutem necesse est, atque etiam magis naturam pilorum, vide-
licet quanto plus ipsa caloris origine distet, recte id ita euenire existi-
mabit, ut qui semen ferunt, ea ipsa ætate caluescant, quæ semen emit-
tant. Eadem causa est, & ut priore capitis parte caluescant, & ut
hominibus solis omnium animalium id eueniat: quod enim parte prio-
re cerebrum continetur, hinc ea parte caluescimus: quod autem homo
maximum humidissimumque cerebrum habet, hinc solas animalium
ita afficitur: mulieres non caluent, quoniam natura earum similis
puerorum est: utraque enim sterilis seminalis excrementi est: Spado-
nes etiam non caluescunt, quoniam in feminam mutantur; & pilos,
qui postea gignuntur, aut non producunt, aut amittunt, si forte ha-
bent,

bent, præter quam pubem, quam mulieres etiam habent; quum cæteris illis careant: oblesio enim hæc mutatio de mare in feminam est. Causa vero, ut quæ latent, rursus pennas recipiant; quæque frondem amiserint, denovo frondescant; calvis autem nunquam redeat pilus, quod anni tempora illis, mutationem corporis magis asserunt: itaque pro temporum mutatione vicissitudo gignendi amittendique sequitur, ut animalia pennas, pilosve, plantæ frondes aut dimittant, aut recipiant: at vero Hominibus per ætatem evenit, ver, æstas, autumnus, hyems: itaque quum ipsæ ætates non permutentur, fit, ne affectus, qui ob eas accidunt, permutentur: quamquam similis causa est. Vnde constat aperte, solis Hominibus, ad animalium aliorum, & plantarum differentiam, quibus æstivæ, ac hyemales differentiæ, seu affectiones insunt ab anni tempore, solis inquam hominibus ex propria natura suarum ætatum inesse discrimina veris, æstatis, autumnis, & hyemis, proportionabiliter cum anni temporibus quoad essentiam, non quoad horam; quoniam ut bruta deponant pennas & pilos, & plantæ frondes amittant, hiberno anni tempore, ac eas resumant, æstivo opus habent: soli homines nulla iam habita ratione anni, quolibet anni tempore alij vernant, alij æstivant, ut ita loquar, alij autumnant, & alij hyemant. Quæ quidem differentiæ non solum in corpore, sed etiam in animo humano passim obferuantur; nam ætas puerilis quolibet anni tempore veri proportionata est, in corpore quidem, quia temperamento calida, & humida est, in qua plurimus est calor innatus in magna radicalis humoris vbertate; ut ait Hippocrates, cui *f. Qui crescunt, plurimum habent caloris innati: f. 1. aph. 14.* in animo vero, quia pueritia emittit veluti flores indolem futuræ maturitatis iudicij: ætas autem iuuenilis æstati similis est; in corpore quidem, quia similiter in utrisque viget intensa caliditas, & siccitas; in animo vero, quoniam iuuenū ingenia calore discendi flagrant, & æstivant in-

inventionis ardore, pollentque siccitate acuminis: atas vero virilis autumnum maxime refert fructibus refertissimum, calorem refractum habet cum remissa siccitate coniunctum; nam corpora in atate virili sunt calido, & siccitatem amittente temperamento, & maxime prolifica; ingenia quoque fructifera sunt, & maturos partus edunt: Atas denique senilis, & decrepita refert hyemem frigida, & humida, & sterilis; in corpore quidem temperamentum est frigidum cum multarum humiditatum excrementitiarum abundantia, & infecunditate; in animo vero, quoniam in ultimo senio mens effeta stupepet, ac torpet: Quare Lucretius, si non de substantia animi, sed de illius operationibus sermonem habuisset, vero consentanea g dixisset,

2 lib. 3.

Præterea gigni pariter cum corpore, & una

Crescere sentimus, pariterque senescere mentem:

Nam velut infirmo pueri, teneroque vagantur

Corpore, sic etiam sequitur sententia tenus:

Inde, ubi robustis adolevit viribus atas;

Consilium quoque maius, & auctior est animi vis:

Post, ubi iam validis quassatum est viribus ævi

Corpus, & obtusis ceciderunt viribus artus;

Claudicat ingenium, delirat linguaque mensque,

Omnia deficiunt, atque vno tempore desunt.

7. phys. Nam & Aristoteleo monitu, h Pueri neque possunt quid discernere, neque iudicare sensibus: similiter neque seniores: Et in de
1. de an. crepitis i ipsum intelligere, & ipsum speculari marcescit, alio
5. quodam, nimirum simulachro rei intelligibilis, interius corrupto: ipsum autem principium intelligendi impassibile est, cogitare autem, & amare, aut odisse, non sunt illius principij impassibilis, adeoque animi passiones; sed huius corporis habentis illud principium, secundum quod illud habet. Quare & hoc corpore corrupto, neque meminit, neque amat principium

De Mundi, & Hominis Analogia. 153

pium intellectuum superstes; non enim illius erant passio-
nes; sed communis corporis animati; quod quidem destructum
est. Intellectus autem fortassis diuinus quid, & impassibile est.
Quæ latius explicauimus in Opere De k Animorum
Immortalitate. Sed & hanc ætatum humanarum cum
Mundi temporibus Analogiam optime describit Gale-
nus in suis Medicis definitionibus inquit, l Aetates qua-
tuor sunt, prima iuuentum, secunda vigentium, tertia mediorum,
quarta senum. Iuuenes, temperatura calidi, & humidi sunt, ac simi-
les Veri: Vigentes, calidi & sicci, eandem cum æstate temperaturam
adepti: Medij, frigidi, & sicci, autumnio consimiles: Senes, frigidi &
humidi, ac similis hyemi. Redundat sanguis iuuenibus; flaua bilis
vigentibus; medijs atra; pituita senibus: quoniam innatus calor est
iuuenibus multus; vigens vigentibus; medius medijs; senibus pau-
cissimus. Iuuenta, est, in qua augefcit animal, calore atque humore
in ipso incrementum capiente; quo tempore & equalia alimentis de-
libamenta sunt; aut eo, quod defit, plus est, quod adgignitur: Vigor
est ætas, in qua auctum perfectumque animal est; absolutis in eo calo-
re atque humore: paremque ijs, quæ dimanant, cum ijs, quæ ingerun-
tur, modum obtinentibus: Senectus autem, est ætas, in qua diminui-
tur animal ac deficit, decrefcntibus in eo calido & humido, frigido
autem & sicco augefcntibus. In qua theoria, vt belle pri-
mum quatuor numerantur ætates, & apte comparan-
tur anni tempestatibus; ita nescio cur in vltimis verbis
terciam ætatem, quam mediam dixerat, hic autor omise-
rit. Sic igitur, vt in Mundo, sic in Homine sunt quatuor
tempora cardinalia ver, æstas, autumnus, & hyems non
solum quoad corpus, verum etiam quoad animum; vt
enim ver flores profert; ita m Ciceroni Adolescentia
dicitur flos ætatis, vnde Diuus Chrysostomus n ait,
Adolescentes in ludis litterarum magis gaudere foliorum amantate
conspergi, quam fructuum vbertate nutriri: vt æstate viget ma-
xime caloris æstus; ita iuuenum mores feruidi sunt calo-

k lib. 2.
cap. 75. &
76.

l prope
init. l. d.
44. G.

m in To-
pic. & lib.
de senect.
n in prol.
sup. Matt.

o 2. rhet.
cap. 12.

p 2. rhet.

c. 14.

q 2. rhet.

c. 13.

re libidinis, & iræ plurimum astuantes, ut ait Aristoteles: ut autumno maturescunt fructus plurimi; sic in ætate virili temperatis excessibus vitiorum omnium, virtutes edunt maturos fructus per honestarum actionum: ut que hyemis algore torpet; ita senum animus per metum concutitur, ac stupet iners.

In Mundo ut in Homine spectari quamdam risus imaginem. Cap. XXXI.

a cap. de
propr.b disp. de
ris. Saturn.
dedic.

c de orat.

d epist.

e 3. var.
hist. c. 35.

Inter anni tempora, Vernum dicitur esse, in quo prata ridet: etiam si vero proprietatem Hominis maxime propriam esse risum, siue risibilitatem, ut aiunt Scholæ, nouimus omnes; adeoque ut a Porphyrius admonet omni, soli, & semper Homini conuenire; hoc tamen non impedit quominus eius affectionis quamdam imaginem etiam in Mundo spectemus; de qua pulchre Puteanus noster ad Floritium ita, In meliori vultu nisi risus est, venustas velut nube obsidetur: quum suauissima ætas est, ridet: quum pulcherrimus annus, ridet: quum sine face Cælum, ridet: ubique Humanum hunc affectum Natura usurpat, ut decorem augeat; aut certe facit Homo quod Natura, tamquam rideat, quum serenus est, & a curis rerum atque tempestatibus animum separauit. Cæterum ut in Homine passionis huius origo, & natura non ita patent; nam eas Cicero falsus est ingenue seignorare, dum ait, Quo pacto concitetur risus, quod omnino existat, atque ita repente erumpat, viderit Democritus. Qui claro magni senis Hippocratis testimonio sapientissimus in omnium rerum inspectione contemplationeque risum inueniens, & aperte proferens, aperte damna famam illam Atticam, quam e Aelianus asserit percrebuisse, ne ridendi quidem potestatem in Academia prius fuisse: nam ab iniuria